Quelle: http://manuscripta.at/?ID=5233
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)



PS 149

Cantate dño canticũ nouũ: laus eius in ecclesia sanctorũ. Letetur israel in eo qui fecit eum: et filii sion exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro in tympano et psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est dño in populo suo: et exaltauit mansuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. Exaltationes dei in gutture eorum: et gladii ancipites in manibus eorum. Ad faciendam uindictam in nationibus increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus: et nobiles eorum in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hec est omnibus sanctis eius.

PS 150

Laudate dñm in sanctis eius: laudate eum in firmamento uirtutis eius. Laudate eum in uirtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio et cithara. Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in cordis et organo. Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum. Gloria patri

Canticum puerorum Daniel 3°

Benedicite omnia opera dñi dño: laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite angeli dñi dño: benedicite celi dño. Benedicite aque omnes que super celos sunt dño: benedicite omnes virtutes dñi dño. Benedicite sol et luna dño: benedicite stelle celi dño. Benedicite omnis imber et ros dño: benedicite omnes spiritus dei dño. Benedicite ignis et calor dño: benedicite frigus et caumus dño. Benedicite ros et pruina dño: benedicite gelu et frigus dño. Benedicite glacies et nives dño: benedicite noctes et dies